faciendo ac promissa omnia pro suis simplicibus vel implicatis Evacuentibus Suspen-
sionibus fatalijs Juris Praeterea Terrestri Conventionibus ac alijs quibusvis Juris
remedijs et defensionibus non subterfugiendo nec alio quovis modo Evadendo Hac
sua Praesentia personali Recognitione ad promissa omnia mediante.

Feria Quarta ante Festum Sanctae Mariae Magdalenae proxima Anno Domini: Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo

20/VII 1667

Turzanskich mutua Aduitalitas

Comparentes personaliter coram Officio et Actis Praesentibus Castrensis Capitaneatus Premyslien-
sis Nobilis Alexander Turzanski Kachanowicz olim Nobilis Stephani Turzanski cum
olim Nobili Anna Bandrowska Consorte eius Illustrissima procreatus Filius ab Una
et Nobilis Marina Kropinnicka Nobilis olim Joannis Kropinnicka cum Nobili Fe-
sia Lytynska Consorte itidem ipsius Illustrissima procreata Filia praefati Vero Nobilis Ale-
xandri Turzanski Kachanowicz Consors Illustrissima ab altera parte, sani mentibus et
corporibus et existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus quibus qui-
buscumque proprijs propijs et Competentibus recedendo Praesentia Vero Castrensis Capitaneatus Premy-
slien. Jurisdictionis quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis
quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice
ac per expressum recognoscunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognoscunt,
Quia ipsi et quidem praefata Consors cum eiusdem mariti sui Vel Tutoris Conju-
galis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta Recognitionem consensu, sibi mutuo
et invicem dominium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum
et obligatoriorum Summarumque quarumvis pecuniarum, tum auri argenti Clenodi-
orum Stanni, aeris, Cupri orichalci, Vestium Vestimentorum equorum equiricae
pecorum pecudum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post
habendae in quacunque forma et Materia existentes Aduitalitatem et Usum
fructum ad extrema duntaxat Vitae suae tempora inscripserunt et assignarunt
concesserunt que tali Videlicet modo et Conditione Quod si prius praenominatum Nobilem

Alex

Alexandrum Turzanski maritum suum quam ipsam Nobilem Marinam Turzanska Consortem de hac Luce decedere contigerit extunc eadem Consors sua bona supra scripta ac res quaelibet omnes morte praedicti mariti sui derelicta cum omni praemissorum Iure Domino et proprietate omnibusque et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus, Proventibus redditibus commodis et emolumentis attinentiisque et pertinentiis quaelibet Unionis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice ut fruetur, Post mortem vero praedictae Consortis suae extunc quaelibet omnia bona supra scripta morte praedicti mariti sui derelicta ad Successores eiusdem mariti sui sine quavis praeditione Successorum praedictae Consortis suae devolvi debebunt et tenebuntur, Similiter etiam si prius praenominatam Nobilem Marinam Turzanska Consortem suam quam praedictum Maritum de hac Luce decedere contigerit extunc idem maritus bona supra scripta quaelibet omnia morte eiusdem Consortis derelicta cum omni praemissorum bonorum iure et proprietate omnibusque et singulis ipsorum Utilitatibus fructibus, Proventibus redditibus, commodis et emolumentis nullis exceptis tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice ad extrema vitae suae duntaxat tempora potietur, Post mortem vero et de hac Luce decessum praedicti Nobilis Mariti sui bona sua supra scripta quaelibet omnia morte ipsi derelicta ad Successores eiusdem Consortis suae sine quavis contradictione Successorum praedicti mariti ipsius devolventur, et redibunt praesentibus personalibus Recognitis ad praemissa omnia mediantibus.

G. Morsztynowa Zaczynskiem Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneo Premyslensi Generosa Catherina in Ostrow olim Generosi Stanislai de Raciborsko Morsztyn Triluni Sendomiriensis Consors relicta Vidua, sanamente et corpore existens a Terris Dismetalibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscumque propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneo Premyslensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis quaelibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipsa Bona sua propria